

ipsi est interna.

54. Elasticitas in omni corpore est unica reflexionis causa.

55. Proietorum motus ab inertia continuatur.

56. Oscillatio pendulorum ab impetu gravitatis in descensu acquisita est repetenda; et cum illa maior sit in telluris poli quam in aequatore, effectus gravitatis maior in illis quam in hoc est.

57. Duplicem huius phaenomeni causam assignamus: et vim centrifugam maiorem in aequatore quam in poli: et generalem illam gravitatis legem agentis in ratione inversa distantiarum a centro.

58. Cum a nobis vis inertiae defendatur, advertendum est, omne corpus perseverare in statu quiescendi vel movendi uniformiter in directum quovis a viribus impressis cogatur statum illum mutare.

59. Attractio ut nostrae physicae fundamentum habetur, cuius duae sunt leges 1.^a qua agit in ratione majorum directata; 2.^a in duplicata distantiarum.

60. Repulsio corporum a Newtono accuratissime defendita a nobis reprobatum.

61. Mundus ab Aristotele definitur: compages ex coelo terraque coagmentata, atque ex vis naturalibus quae in eis continentur.

62. Huius aeternitas ab adversariis nullo argumento vincitur.

